

exarata, sic nunc à nobis redonata Tabula est. At illud, inquis, maximam partem interiit. Interiit fateor: veruntamen ita, ut in Ebraismo atque Chaldaismo hodiè adhuc vivat Scilicet hæ linguæ tam arcto consanguinitatis vinculo illi quondam junctæ fuere, ut si à pronunciatione, ac propriis rerum aliquot nominibus discesseris, discrepantiam omnem ad elementorum figuram referre debeas. Et illa ipsa literarum figura, nonne Ebraicum Phœniciis communis olim? Ita hercùle eruditarum maximi censem. Qui igitur orationem specialiorum, ut italoquar, rerum vocabulis vacuum, ex lege proprietatis Ebraicæ Phœniciâ literaturâ expresserit, næsis mihi veteri Phœnicum linguâ scripsisse dicetur. Talis verò oratio omnino est, quâ Tabula Hermetica perscripta: ac præterea ejusmodi, ut vestigiis Phœnicisini in Latinâ versione conspicuis intrusa Ebraica dictio planè exæquetur. Ex his jam de nostro instituto existima L E C T O R . Cetera dixi.



VERSIO TABULÆ SMA- RAGDINÆ HERMETIS,

*Qualis ea vulgo Latino idiomate, è Phœnicio ex-
pressa circumfertur.*

VERBA SECRETORUM HERMETIS TRISMEGISTI.

I. **V**ERUM sine inendacio certum & verissimum.

II. **Q**uod est inferius, est sicut quod est superius, &
quod